



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

L. An, & Quid sit Descensus Christi ad inferos?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

AUTOR. S. Hilarius ita contra Calvinum ait, lib. 10. de Trin. *Lazarus in Abraham sinibus letante, in infernum chaos Christus timeret? Hæc stulta atque ridicula sunt.*

2. *An tibi metuere infernum credendus est, dicens latroni: Hodie mecum eris in paradiso? 3. Dominus communionem ei paradisi pollicetur; tu Christum in inferis sub pœnali tortore concludis, Calvine?*

1. Conuociferetur jam Caluino suo Beza in Matt. c. 26. & 27. in Luc. c. 22. *Christus ingenti onere obrutus ira diuina; flammis inferni addictus; profundo inferni sepultus, demersusque perijs.*

2. Conclamet cum Caluino, & Beza, etiam Marloratus in Ps. 22. *Christus in ops consilij, &c. vt supra reddidimus. quæst. 43.*

3. Vna in re & causa desperantis, infernaque patientis Christi, duas in factiones se scindant Calvinistæ, de tempore desperationis dissidiosè discrepantes: Nam Calvinus & Beza desperationis seu damnationis gradus sibi fingunt; 1. Cœpisse eam in hortu; 2. Ruissè meritam altius in cruce, ad clamorem, *Deus meus. &c.* 3. Ad vltima absorptam ruissè, quando Christus æternæ mortis reus peragebatur ante tribunal Dei, sufficiens irati Numinis iudicium omnium seuerissimum. Ita Calvin. *Instit. lib. 2. c. 10. §. 12.*

Alii, vt Latimerus; &c. apud Falconè in defensione translationis Bibliorum, aiunt, etiam post mortem in pœnis inferni desperationē durasse ad vsq; resurrectionē.

At hoc, an illud dicant blasphemi, fictum & falsum vtrumque est. Nunquā sese à peccato purgabunt, qui Christum vltimo de peccato arguunt. Quomodo

non cum potius in sceleratissimorum hominum classem coniciunt? Enimvero talis qui est; desperatissimis pœnis qui addictus est; prorsus inanissimus ab omnibus Sp. S. donis est, destitutus omni fide, Spe, charitate, nudus ab omni virtutis præsidio vel ornamento: E contra, aduersus diuinam Maiestatem diabolicā superbiā plenus; aduersus iustitiam, blasphemiam; aduersus gloriam, invidiam, & peruicaci in his omnibus oblatione: hoc est; nihil diabolo melior. Ad eò, vt Heshusius scribit, *Calvinista in diabolum transformans CHRISTVM.*

LVTHERANI verò consentiunt Calvinistis; vti supra docui ex Concordiæ Formula, in repetit. artic. 9. Exque Luthero, Schmidlino, Aspino &c.

Hactenus de Passò: cæterum de Mortuo Christo: præsertim, quæst. 62.

Q V Æ S T I O L.

An, & Quid sit Descensus Christi ad inferos?

CALVINISTÆ quidam articulum hunc Symboli Apostolici permoleste ferunt. BEZA in magna fidei Confessione tam Gallica, quàm Latina: GALLI Hugonotæ in Confess. anno 1560. HOLLANDI in Confessione Belgica, comprehensâ xxx. articulis; cui SYNODVS Dordracensis anno 1578. omnes Hollandiæ Ministros subscribere precepit: &c. Hi, inquam, omnes censuerunt ita: *De Descensu ad inferos articulum extra Symboli fines penitus eicere optimum fuerit.*

Rationes huius tres afferunt. 1. BEZA in Apolog. ad Claudium Sancten. *Quia per oscuritatem in illud irrepsisse videtur.* 2. Calvinus *Instit. lib. 2. c. 16. §. 8. Olim in Ecclesiâ non fuit vsitatus.* 3. Cariliet Academicus Cantabrigiensis lib. quem de hac questione edidit Londini anno 1582. *Quia barejus per-*

hifera continet, quocumque modo explicetur. Vbi fasè id probare conatur.

Richardus Chænius Londini in quodam Anglorum conuenticulo se interfuisse narravit Edmundo Campiano Martyri; in quo tentarunt Ministri illum de Descensu articulum è Symbolo eijcere, præscribere, penitusque extinguere. Vide in Rationib. Campiani. 8 Sed conatus caruit euentu.

LUTHERVS Tom. 2. Ienæ fol. 49 a. Quicquid Iſaias c. 11. dicit de gloria sepulchri Christi: non credo tantisſe Deo sepulchrum Christi, quanti est vacca heluica. Proinde, Non solum ſecundum animam, ſed etiam corpore & anima descendit ad inferos. Tom. 6. Ienæ fol. 78. Sic & liber Concordiæ in repetit. art. Et Gallus in Catechismo. BARENTIUS de Anima negat descendisse; extingam ait.

AUTOR. Articulorum Fidei Christianæ vnum esse, nec infimum, de Christi ad inferos descensu controuertere, nefas est; adeo certa S. Scriptura teste, Act. 2. *Non derelinques Animam meam in inferno.* Eph. 4. *Descendit ad inferiores partes terra.*

De Modo tamen descensus à Theologis disceptatur apud D. Thom. 3. quæstio 52.

De Articulo autem Symboli ita accipe: 1. Irenæus, lib. 1. c. 2. Origenes in initio Periarch. Tertullianus in initio lib. contra Praxeam, & lib. de velandis Virg. explicantes Symbolum, à sepultura tanseunt ad resurrectionem, omisso Descensu.

2. Deinde Rufinus in explic. Symb. legit eam particulam & explicat; Sed monet, non haberi in Symbolo Romano, nec apud Orientales: implicitè tamen contineri: Quia *ut corpus ad locum corporum, ita anima descendit ad locum animarum.*

3. Cyrillus Catech. 4. & 14. Chryſostomus hom. 2. de Symbolo, eam legunt, & explicant.

4. Hodierne recepta ubique est; etiam

in Lutheri, Caluini, Brentij. &c. catechismis. Caluinus, ubi supra, hunc articulum in præcipuis ponit; sic & Centuriatores, Martyr. &c.

Quare tamen S. Aug. Symbolum quinquies exposuerit, libris quatuor ad Catechumenos, nec Descensus meminerit; tamen, ait S. Anshelmus lib. de process. Sp. S. summo consensu ab Ecclesia recipitur.

II. CALVINISTÆ variè Descensum interpretantur. 1. CALVINVS in Psychop. & Bientius in Catechismo anno 1551. *Descendit ad inferos, inquit, id est, absorptus est ab inferno. hoc est, Anima prorsus est extincta.* Quod tamen de Christi Anima haud quaquã dictum intellectumue volunt. 2. CALVINVS Instit. lib. 3. c. 25. §. 12. *Descendit, id est, horrore conscientia iratum sibi Deum cogitantia absorptus fuit.* 3. CALVINVS Instit. lib. 2. c. 16. §. 10. 11. 12. *Descendit ad inf. id est, penas damnatorum sustinuit:* Sic & Lutherus. 4. ZWINGLIUS in epist. tertia. *Descendit ad &c. id est, nec corpore nec anima; Sed effectu solo descendit. ut quod captiuus in tartaro liberari.* 5. BEZA in Act. 2. & Bucerus in Matth. c. 27. *Descendit, &c. id est, sepultus fuit.* 6. BUCERVS in Ioan. apud Schlüsselburg. in Theol. Caluin. libr. 2. art. 27. & Wittakerus contra Duræum: *Descendit, &c. id est, secundum spiritum recessit in paradysum.*

AUTOR. Nos singula prædicta singulis quæstionibus discutiemus. Interim in tanta Variatione, hæc Calvinistarum sententiarum est summa,

1. Descendisse Christum in ipsam inferni barathrum realiter post passionem. 2. Descendisse in infernum, id est, sepulchrum. 3. Solum cruciatus inferni pertulisse; orcum verò non intrasse. 4. Angustias perpeſsum in Anima sua, QUALES damnati perpetiuntur partim in hac, partim in altera vita. Hæc Parei; illa Perkinſi opinio est; qui & cæteras refutant.

L. Pri-

Primam esse dicunt falsam: Quia de eo nusquam vllus Euangelista. 2. Quia non descendit Diuinitas in orcum; erat enim, estq; vbiq;: Non Corpus; quia requieuit triduo in sepulcro; vnde & resurrexit: Neque Anima Christi descendit: 1. Quia nil de hoc Scriptura: Sed fuit in Paradiso: Iuxta id, *Hodie mecum eris in par.* Idem ait: *Pater in manus tuas commendo Sp. meum,* Luc. 23. id est, animam: secundum quatuor fuit in paradiso, & Non in inferno: quia Non vrin eo pateretur: Non vt Patres liberaret: quia hoc fecit patiēdo in terra; fecit efficaciam suam Diuinitatis ab initio mundi, non locali descensu ad inferos. Et Patres non erant in inferno, cum *Iustorum anima in manu Dei sint, id est: in sinu Abrabe,*

Quidam statuunt descensum ad inferos post mortem; non vt pateretur, aut liberaret Patres; sed vt victoriam ostentaret, terrorem incuteret diabolis. Sed hoc nusquam in Scriptura. Et post mortem dicto, *Consummatum est;* anima Christi quieuit in manu Patris; &c. Hæc PAREVS. Demum sententiam quartam statuit suam: SVADET, 1. ex Agonia, ex clamore, *Dens meus.* &c. 2. Ratione: 1. Christus animas & corpora debuit redimere; ergo & corpore & anima pati: 2. Debuit nos ex cruciatibus inferni liberare: ergo eo ipso prius tolerare. 3. Tacerentur ij cruciatus in Symbolo, nisi in hoc de descensu articulo subintelligerentur, &c.

Hæc ferè Theologia est ac sententia Pareana, hoc est, Calviniana. Refero hæc strictim; omitto multa; refuto nulla: referuo ad singulas quæstiones singula. SVASIONES reddam, ac diuina quæst. 52.

QVÆSTIO LI.

An descendens ad inferos Christi; Anima fuerit Extincta?

LUTHERANI quidam disertè, dicunt, vt BENEDICTUS LITIVS in Catechismo anni 1551. *Descendens ad inferos esse penitus interire.* Idem in Actor. c. 2. *Christum facit ita loquentem: Descendam in inferum, sentiam dolores inferni, & planè Periisse videbor.* Hæc tametli in Recognitione, pag. 18. de interno sciens dicitur, & cum in Catech. anni 1552. *Sepulcrum esse videri ibidem;* tamen pag. 275. ita Christi Descensum distinguit cum Vbiquetariis, quo: ù ipse princeps est Christi ad inferos descensus duplex fuit, 1. Cuius adhuc corporalis in terris vitam agens, suscepit dolores inferni. Hæc vitam præcipuè factum, est, cum in cruce clamavit, *Dens meus.* &c. Hic enim, clamor significat, Christum dolibus inferni obrutum, & flammis eius accensum fuisse. 2. Cuius mortuum depositus est de cruce, & in terram sepultus, vt VIDERETVR PRORSVS INTERIRE, & omnino EXTINGVI.

CALVINISTÆ iuxta cum LUTHERANIS sentiunt, vel ipsam Christi Diuinitatem, vel ac mortuam fuisse: Quamto minus vitæ quæquam relictum Animæ tribuerint? Vbi supra quæst. 16.

ANABAPTISTÆ sentiunt, Descendere ad inferos esse interire, extingui: Et Christi animam interire docent; Verum posse a resuscitata reuiuiscere. Ita quæ Bayum lib. 1. Institutionu religionis, c. 214. At. 1. Vbi id Atheismo aperit; pugnat Concilii, & S. Patris IULII ILL. 4. de Christo c. 14. 2. Democritus, tunc Laetantio lib. 7. Diuin. Instit. c. 7. animas cum corporibus dissolui ac perire asseruit; Quem Plato reuincit de animæ immortalitate differens. Anabaptistæ ergo sunt Democratistæ; Forumque affines Luthero-Calvinistæ.

CALVINVS in sua Psychopannychia, ab Anima Christi mortui semper viuentē docet Iustorum quoque animas non dormire, id est, non extingui morte: euidenterque Anabaptistas conuincit, dicentes, dormire animas, id est, extingui. Verum ita argumentatur, vt sentire cernatur, ab inferno animam absorberi, esse animam extingui. Sic enim ait: *Anima Christi vitam suam nunquam perdidit. Cur? Quia Patri commendata, non poterat non salua esse.* Verum est. Id voluit ista: Non derelinques animam meam in inferno. Act. 2. Nam anima eius diuina virtute suffulta est, ut in perditionem rueret. Ergone quæ non sic suffulta fu. rit; perit: vt reprobæ anima?

AUTOR. Negat quidem Calvinus sub finem libri, Animas impiorum in-